

Digitaliseret af / Digitised by

DET KONGELIGE BIBLIOTEK  
THE ROYAL LIBRARY

København / Copenhagen

For oplysninger om ophavsret og brugerrettigheder, se venligst [www.kb.dk](http://www.kb.dk)

For information on copyright and user rights, please consult [www.kb.dk](http://www.kb.dk)



Quit Sings o miser, nisi p<sup>o</sup>lv<sup>o</sup>  
Et Fragili motu ab a<sup>o</sup>ra,  
Atq<sup>ue</sup> rosis q<sup>ue</sup> mane nitent, q<sup>ue</sup>  
nos vesperis languent.

D. Bullusagum. Anna.

Darfrax I. V. D.  
Ausschm. m<sup>u</sup>nt<sup>u</sup>m<sup>u</sup>str<sup>u</sup>  
an a<sup>o</sup>mp<sup>u</sup>nt p<sup>o</sup> f<sup>u</sup>mb.

Hic liber A. G. emptus  
Witeberga Anno 1600. 23  
die septemb. em posse  
sorem agnoscit. F<sup>u</sup>l<sup>u</sup>m  
Nicolaj Anger manum  
Sue<sup>u</sup>um.





Thott 447.

1

Rognerker

L. 134

Handwritten text, possibly a name or title, mostly illegible due to fading.

Handwritten text, possibly a name or title, mostly illegible due to fading.

Si dato iuramento non ste-  
teris, a terminu peribis

---

Negligentia cognitionis  
Noverca

Viniū memoria mors.

Adversis matutinis, interdum su-  
ccedunt prospera vespertina.

---

Cito, tuto, & iucunde cu-  
randum

Erst wiegs, denn wags.

Quot providis sunt spina  
Tot animosus sunt minae.

2

Magnis erroris magister,  
posuisti.

Divitiæ sunt non omnia, aut  
etalla, non magnifica ædificia,  
et suppellex instructa, sed non ipsæ  
parce, quæ sunt ad tuendam vi-  
væ necessaria.

Pulta vestimenta nihil aliud  
sunt, quam superbia instrumentum  
— *qui corpore stultit minus negligit  
animum.*

Fultum est gloriari de parentum  
habuisse bonum, cum sis ipse malus,  
turpitudine tua de decori sic fultu  
dignitatis generis.

Polixis quæstus est, pietas cum suffi-  
cientia.

<sup>Sum.</sup>  
Oma & in sola varijs  
Sibi sacra vita est; à q'q'q'  
longa sap' vix in d'icis sunt

— Non si mala nunc  
olim sic aut.

— Nemo sibi satis est, eget omnis a  
miciis amico.

— Amicorum fœdera non locos intus,  
vallo metienda.

— Proba illigunt facta, cui mens  
est proba.

— Nunc, paucis, est, nec, fide, placet

— Ardua ad virtutem est via

30  
CLARISSIMI

VIRI D. ANDREAE

ALCIATI EMBLE-

MATVM LIBRI

DVO.

\*

*F. 1736*



LVGDVNI,

Apud Ioan. Tornæsium, & Gu-  
lielmum Gazeium.

1554.

## CLARISS. VIRI D.

ANDR. ALCIATI IN LI-  
brum primum Emblematum præ-  
fatio, ad D. Chonradum  
Peutingerum Au-  
gustanum.

\*

*Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,  
Detinet & segnes chartula picta uiros:  
Hæc nos festiuis Emblemata cudimus horis,  
Artificum illustri signaq; facta manu.  
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,  
Et ualeat tacitis scribere quisq; notis.  
At tibi supremus pretiosa nomismata Cesar,  
Et ueterum eximias donet habere manus.  
Ipse dabo uati chartacea munera uates,  
Quæ Chonrade mei pignus amoris habe.*



1. 5. 70  
Vive de Vitas  
Joan. Hofmeyer.

Alle mis nach v. r. Hofmeyer  
B. 1.



5  
4  
Andreæ Alciati Em-

B L E M A T V M L I B E R

P R I M V S.

\*

Ad illust. Maximil. ducem Mediol.  
Emblema


r.



*Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,  
Est gentilitijs nobile stemma tuis.  
Talia Fellicum gessisse nomismaia regem,  
Vidimus, hisq̄ suam concelebrasse genus.  
Dū se Ammonē satū, matrē anguis imagine lissam,  
Diuini & sobolem seminis esse docet.  
Ore exit, tradunt sic quosdam enitjer angues:  
An quia sic Fallas de capite orta Iouis?*

A 2

## Fœdera.



Hanc citharam, à lembi quæ forma halieutica fertur,  
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,  
 Accipe Dux, placeat nostrū hoc tibi tēpore munus,  
 Quo noua cum socijs fœdera mire parus.  
 Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas:  
 Vnaq; si fuerit non bene tenta fides,  
 Rupta ue (quod facile est) perit omnis gratia concha,  
 Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.  
 Sic Itali coeunt proceres in fœdera: concurs,  
 Nil est quod timeas, si tibi constet amor.  
 At si aliquis desciscat (uti plerunq; uidemus)  
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.



In silentium.

III.



Cum tacet, haud quicquam differt sapientibus amēs,  
 Stultitiæ est index linguaq; uoxq; sua.  
 Ergo premat labias, digitoq; silentia signet,  
 Et sese Pharium uertat in Harpocratem.

A 3

Arnoldus Hinderus  
 Val. uniuers. madum  
 verbundest,  
 Salt nimer gold in gurun  
 vrost. Spira 13. Marz  
 Anno 71.

Etiam ferocissimos domari.

I IIII.



Romanum postquam eloquium, Cicerone perempto,  
 Perdiderat patriæ pestis acerba suæ:  
 Inscendit currus victor, iunxitq; leones,  
 Compulit & durum colla subire iugum:  
 Magnanimos cessisse suis Antonius armis,  
 Ambage hac cupiens significare duces.



## Concordia.



Cornicum mira inter se concordia uita est,  
 Inq; uicem nunquam contaminata fides.  
 Hinc uolucres haec scepra gerunt, quod scilicet omnes  
 Consensu populi stantq; caduntq; duces:  
 Quem si de medio tollas, discordia praecipis  
 Aduolat, & secum regia fata trahit.

Item inferro caue cum quo tibi  
 gratia iuncta est:

Ira odium generat, CONCORDIA  
 nutrit amorem,

Haec scribitur Arnoldo  
 Berriken Or. Sorianus  
 A. 1571.

Potentissimus affectus amor.

VII.



Aspice ut inuictus uires auriga leonis,  
 Expressus gemma pugio uincat amor:  
 Utq; manu hac securicam teneat, hac flectat habenas,  
 Utq; sit in pueri plurimus ore decor.  
 Dir a lues procul esto, feram qui uincere talem,  
 Est potis : à nobis temperet ànne manus?

A S





In victoriam dolo partam.

IX.



*Aiacis tumulum lacrymis ego perluo virtus,  
 Hæu misera albentes dilacerata comas.  
 Scilicet hoc restabat adhuc, ut indice Græco  
 Vincerer, & causa stes potiore dolus.*

Reuerentiam in matrimonio  
requiri.

X.



Cùm furit in Venerem pelagi se in litore sistit  
 Vipera, & ab stomacho dira uenena uomit:  
 Murenamq; ciens, ingentia sibila tollit,  
 At subito amplexus appetit illa uiri.  
 Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx  
 Alternum debet coningi & obsequium.

Non est sine crimine quisq;



In avaros, vel quibus melior conditio ab  
extraneis offertur.

XI.



*Delphini insidens uada caerulea sulcat Arion,  
Hocq; aures mulcet, frenat & ora sono.  
Quam sit auari hominis, nō tā mens dira ferarum est,  
Quiq; uiris rapimur, piscibus eripimur.*

*Handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page, including the number '13' and some illegible text.*

Amicitia etiam post mortem  
durans.

XII.



Arentem senio, nudam quoq; frondibus ulmum,  
Complexa est uiridi uitis opaca coma:  
Agnoscitq; uices natura, & grata parenti  
Officij reddit mutua iura suo.  
Exemploq; monet, tales nos querere amicos,  
Quos neq; disjungat fœdere summa dies.

15 10  
O. E. L. D. A. O. H.

St. Francis & Rosina



## Desidiam abiiciendam.

XIII.



Quisquis iners abeat, in chœnice figere sedem  
 Nos prohibent samij dogmata sancta senis.  
 Surge igitur, duroq; manus adscesce labori,  
 Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.

*Hesiodus:*  
 In primis tibi quare domum, sociamq;  
 Torremq;

Eni Paris non aliam Inquam,  
 Eni Werb Sarrarh, Eni Dessen ams  
 Torwinth, durs uell zulingus.

Paupertatem summis ingenijs obesse  
ne prouchantur.

XV.



Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas:  
 Ut me pluma leuat, sic graue mergit onus.  
 Ingenio poteram superas uolitare per arcus,  
 Aze nisi paupertas inuida deprimeret.

Eberhardus vom Felde  
 Colup 1 5 7 6  
 In launung witten

## In occasionem.

XVI.



*Zysippi hoc opus est, Sycion cui patria : tu quis?  
 Cuncta domans capti temporis articulus.  
 Cur pinnis stas ? usque rotor. talaria plantis  
 Cur retines ? passim me leuis aura rapit.  
 In dextra est tennis dic unde nouacula ? acutum  
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.  
 Cur in fronte coma ? occurrens ut premdar. at heus tu  
 Dic cur pars calua est posterior capitis?  
 Me semel alipedem si quis permittat abire,  
 Ne possim apprenso postmodo crine capi.  
 Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes,  
 Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.*



Oeni effigies, de his qui meretricibus  
donant, quod in bonos vsus  
verti debeat.

XVII.



Impiger haud cessat funem contexere sparto,  
Humidaq; artificio iungere fila manu.  
sed quantum multis vix torquet strenuus horis,  
Protinus ignavi ventris afella uorat.  
Fœmina iners animal, facili congesta marito  
Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.

B 2

*Impiger haud cessat funem contexere sparto,*

*Humidaq; artificio iungere fila manu.*

*sed quantum multis vix torquet strenuus horis,*

*Protinus ignavi ventris afella uorat.*

Virtuti fortuna comes.

XVIII.



*Anguibus implicitis geminis caduceus alis,  
 Inter Amaltheæ cornua reclus adest.  
 Pollentes sic mente viros. sandiq; peritos  
 Indicat, ut rerum copia multa beet.*



Ex pace vbertas.

XIX.



Grandibus ex spicis tennes contexe corollas,  
 Quas circum alterno palmitis vitis eat.  
 His compta Aleyones tranquilli in marmoris unda  
 Nidificant: pullos involucresq; fouent.  
 Latus erit Cereri, Baccho quoq; fertilis annus,  
 Aequorei si rex alitis instar erit.

In eos qui supra vires quicquam audent.

XX.



*Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno  
 Sub picea, & clavam ceteraq; arma tenet,  
 Alcidem Pygmæa manus prosternere letho  
 Posse putat, vires non bene docta suas.  
 Excitus ipse, uelut pulices, sic proterit hostem,  
 Et seui implicitum pelle leonis agit.*

Princeps subditorum incolumita-  
tem procurans,

XXI.



Titanij quoties conturbant æquora fratres,  
Tum miseros nautas anchora iacta iuvat.  
Hanc pius erga homines Delphin complectitur, imis  
Tutius ut possit fugier illa uadis.  
Quàm decet hæc memores gestare insignia Reges,  
Anchora quod nautis, se populo esse suo!

B 4

#.

In ungerat undt nicht In geornalt,  
All dionig auf vndas sindt bestalt.

## Mutuum auxilium.

XXII.



*Loriped in sublatum humeris fert lumine captus.  
 Et socij hæc oculis munera retribuit.  
 Quo caret alteruter, concors sic præstat uterq;  
 Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.*

Ex arduis perpetuum nomen. XXIII.



Crediderat platani ramis sua pignora passer.  
 Et bene, ni seuo uisa dracone forent.  
 Glutit hic pullos omnes, miseramq; parentem  
 Saxeus, & tali dignus obire nece.  
 Hac, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris  
 Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Obdurandum aduersus  
virgentia.

XXIIII.



*Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,  
 Quo magis & premitur, hoc magis tollit onus.  
 Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,  
 Quis mensas inter primus habetur honos.  
 I puer, & reptans ramis has collige. mentis  
 Qui constantis erit, præmia digna feret.*



## Tumulus meretricis.

XXV.



Quis tumulus? cuius urna? Ephyræ est Laidos, et non  
 Erubuit tantum perdere Parca decus?  
 Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat stas,  
 Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.  
 Quid sculptus sibi uult aries, quem parte leana  
 Inguibus, apprensam posteriore tenet?  
 Non aliter captos quod & ipsa teneret amantes,  
 Vir gregis est aries, clune tenetur amans.

I H Z G

Spaiuat gollis

## In parasitos.

XXVI.



Quos tibi donamus fluuiales accipe caneros,  
 Munera conueniunt moribus ista tuis.  
 His oculi uigiles, & forfice plurimus ordo  
 Chelarum armatus, maximaq; aluus adest.  
 Sic tibi propensus stat pingui abdomine uenter,  
 Pernicesq; pedes, spiculaq; apta pedi.  
 Cum uagus in triuijs, mensaq; sedilibus erras,  
 Inq; alios mordax scommata salsa iacis.



## Concordia.

XXVII.



In bellum civile duces cum Roma pararet,  
 Viribus & caderet Martia terra suis:  
 Mos fuit in partes turmis coeuntibus haesum,  
 Coniunctas dextras mutua dona dari.  
 Foederis haec species, id habet Concordia signum,  
 Et quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Quæ supra nos, nihil ad nos. XXVII



Caucasia æternum pendens in rupe Prometheus  
 Diripitur sacri præetis ungue iecur.  
 Et nollet fecisse hominem, figulosq; perosus  
 Accensam rapto damnat ab igne facem.  
 Roduntur varijs prudentum pectora curis,  
 Qui cœli affectant scire deumq; uices.

## In amatores meretricum. XXXIX.



Villose indutus piscator tegmina capre,  
 Addidit ut capiti cornua bina suo,  
 Fallit amatorem stans summo in litore Sargum,  
 In laqueos simi quem gregis ardor agit.  
 Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,  
 Qui miser obscæna captus amore perit.

Lumburgs Wein von Gießen  
 daß ich den Johan Büchel Gwid  
 zu Gießen, Dins yndertzehten  
 all Nurfom 3. Octobris 1729.

Alburij ad D. Alciatum, suadens, vt de tu-  
multibus Italicis se subducat, & in  
Gallia profiteatur.

XXX



*Quae dedit hos fructus arbor, caelo aduena nostro,  
Venit ab Eoo Persidis axe prius:  
Translatu facta est melior, quae noxia quondam  
In patria, hic nobis dulcia poma gerit.  
Fert folium lingua, fert poma simillima cordi,  
Alciate hinc uitam degere discite tuam.  
Ta procul à patria in pretio es, maiore futurus,  
Multum corde sapias, nec minus ore uales.*

Paruam culinam duobus ganeonibus  
non sufficere.

XXXI.



in modicis nihil est quod quis lucretur. *Et unam  
Arbustum geminos non alit Eirythacos.*

A L I V D.

in tenui spes nulla lucri est, unoq; residunt  
*Arbusto gemine non bene Ficedulae*

1. 5. 115. 70.  
 10. 25. 8. 15.  
 2. 10. 100. 115.

In Deo lætandum.

XXXI



*Aspice ut egregius puerum Iouis alicè pictor  
 Fecerit Iliacum summa per astra uehi.  
 Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?  
 Dic hæc Mæonius finxerit unde senex?  
 Consilium mens atq; Dei cui gaudia præstant,  
 Creditur is summo raptus adesse Ioui.*



## Inuolabiles telo Cupidinis. XXXIII.



Ne dirus te uincat Amor, neu foemina mentem  
 Diripiat magicis artibus ulla tuam:  
 Bacchica auis praesto tibi Motacilla paretur,  
 Quam quadridiam circuli in orbe loques:  
 Ore crucem & cauda, & geminis ut compliceet alis.  
 Tale amuletum carminis omnis erit.  
 Dicitur hoc Veneris signo Pegasus Iason  
 Phasiacis ledi non potuisse dolis.



## Spes proxima.

XXXIII



Innumeris agitur Respublica nostra procellis,  
 Et spes uenturae sola salutis adest:  
 Non secus ac nauis, medio circum aequore uenti  
 Quam rapiunt, falsis iamq; fatiscit aquis.  
 Quod si Helene adueniant lucentia sydera fratres,  
 Amissos animos spes bona restituit.

## Non tibi, sed religioni. XXXV.



Isis effigiem tardus gestabat asellus,  
 Pando uerenda dorso habens mysteria.  
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,  
 Piasq; genibus concipit flexis preces.  
 Ast asinus tantum praestari credit honorem  
 Sibi, & intumescit admodum superbiens,  
 Donec eum flagris compefcens dixit agaso,  
 Non es Deus tu aselle, sed Deum uehis.

Pietas, sanctitas, fides, priuata<sup>c</sup> bona tuas,  
 Reges, quajurat eant:  
 Voluunt, Regis, & uasus<sup>c</sup> fustis sui,  
 Voluunt desarmos<sup>c</sup> Bona<sup>c</sup> uel  
 die<sup>c</sup> d'ouige<sup>c</sup> d'erga<sup>c</sup> nif<sup>c</sup> d'urbinus<sup>c</sup> sui.

In illaudata faudentes.

XXXVI.



Ingentes Galatūm semerū milite turmas,  
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus.  
 Lucarum cum seua bouū uis, dira proboscis,  
 Tum primū hostiles corripuisset equos.  
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,  
 Insuper & socijs occideramus ait,  
 Bellua seruasset ni nos scædisima barrus:  
 Et superasse iuuat, sic superasse pudet.

Iusta vindicta.

XXXVII.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,  
 Hæc secum teneras concinit inter oues:  
 Pascite uos herbas, socijs ego pascar Achivjs,  
 Postremumq; Vin uiscera nostra ferent.  
 Audijt hæc Ithacus, Cyclopaq; lumine cassus  
 Reddidit, en pœnas ut suus auclor habet!

C 4

Tandem tandem iustitia  
obtinet.

XXXVIII.



*Acacida Hectoreo persusum sanguine scutum,  
Quod Graecorum Ithacho concio iniqua dedit,  
Iustior arripuit Neptunus in aequora iactum  
Naufragio, ut dominum posset adire suum:  
Littoreo Aiacis tumulo nanq; intulit unda:  
Quae boat, & tali uoce sepulera ferit.  
Viciſti Telamoniade tu dignior armis,  
Affectus fas est cedere iusticia.*

In fertilitatem sibi ipsi damno-  
sam.

XXXIX.



*Ludibrium pueris lapides iacentibus, hoc me  
In trivio posuit rustica cura nucem.  
Quae laceris ramis, perstrictoq; ardua libro,  
Certatim fundis per latus omne petor.  
Quid sterili possset contingere turpius? eheu  
Infelix fructus in mea damna fero.*

C 5



## Fortuna virtutem superans.

XL.



Caesareo postquam superatus milite uidit  
 Ciuili undantem sanguine Pharsaliam:  
 Iam iam stricturus moribunda in pectora ferrum,  
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:  
 Infelix uirtus & solis prouida uerbis,  
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

Alle Eignung dan was für ein hüß  
 Womms Trost. Unglück & süß erüßte!



Ex literarum studijs immortalitatem  
acquiri.

XLI.



Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,  
Aequoreum facies indicat esse Deum:  
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,  
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.  
Fama viros animo insignes, præclaraq; gestæ  
Prosequitur, toto mandat & orbe legi.

## Custodiendas virgines.

XLI



Vera hæc effigies innuptæ est Palladis, eius  
 Hic Draco, qui domine constitit ante pedes.  
 Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum  
 Huic data, sic lucos sacraq; templa colit.  
 Innuptas opus est cura asseruare puellas  
 Pernigili, laqueos undiq; tendit amor.

Auxilium nunquam defi-  
ciens.

XLIII.



Bina pericla unis effugi sedulus armis,  
 Cùm premererq; solo, cùm premererq; salo.  
 Incolumem ex acie clypeus me præstitit, idem  
 Nauisfragum apprensus littora adusq; tulit.

Theodorus Haijerman  
 Apschaffendörfer Anno  
 1597 8.

## Amor filiorum.

XLIII



*Ante diem uernam boreali cana palumbes  
 Frigore nidificat, praecoqua & oua foet:  
 Mollius & pulli ut iaceant sibi uellicat alas,  
 Quaeis nulla hyberno deficit ipsa gelu.  
 Ecquid Colehi pudet, uel te Progne improba, mortem  
 Cui uolueris proprie proles amore sibi?*

Ex bello pax.

X L V.



En galea intrepidus quam miles gesserat, & qua  
 Sæpius hostili sparsa cruore fuit.  
 Parta pace apibus tenuis concessit in usum  
 Alucoli, atq; fauos, grataq; mella gerit.  
 Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellum,  
 Quando aliter pacis non potes arte frui.

## Submouendam ignorantiam.

XLV



Quod monstrū id? Sphinx est. cur cādida uirginis ora  
 Et uolucrum pennas, crura leonis habet?  
 Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti  
 Scilicet est triplex causa & origo mali.  
 Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda uoluptas  
 Sunt & quos faciunt corda superba rudes.  
 At quibus est notum, quid delphica littera possit,  
 Præcipitis monstri guttura dira secant.  
 Nanq; uir ipse, bipesq; tripesq; & quadrupes idē est  
 Primaq; prudentis laurea, nosse uirum.



Semper præsto esse in-  
fortunia.

XLVII.



videbant parili tres olim ætate puellæ  
Sortibus, ad Stygias quæ prior iret aquas.  
Ast cui iactato malè cesserat alea talo,  
Ridebat sortis cæca puella suæ:  
im subito icta caput labente est mortua recto,  
Solvit & audacis debita fata ioci.  
Ætus in aduersis mala fors non fallitur: ast in  
Fauſtis, nec precibus, nec locus est manui.

D



Mentem, non formam plus  
pollere.

XLVII



Ingressa vulpes in choragi pergulam,  
Fabrè expositum inuenit humanum caput  
sic eleganter fabricatum, ut spiritus  
sol'um deesset, ceteris uiuisceret:  
Id illa cum sumpsisset in manus, ait:  
Hoc quale caput est! sed cerebrum non habet.

V. V. P. V.

Hoc ornatissimo iuueni, d.  
Iuueno Koyneker, in perpetua  
sui memoriam scriberet  
M. Stephany. Dupsig Tubing  
ensis, spira 27. Aug.

In facile à virtute descen-  
scentes.

XLIX.



Parua uelut limax Remora spreto impere uenti,  
Remorumq; ratem sistere sola potest.  
Vix quosdam ingenio & uirtute ad sidera uectos,  
Detinet in medio tramite causa leuis.  
Anxia lis ueluti est, uel qui meretricius ardor  
Egregijs iuuenes seuocat à studijs.

D.

Anno 1571.

S. H. M. 1571

Jo: Franciscus

Hückell

S. J. 1571

Prudentes vino abstinent.



*Quid me uexatis rami? sum Palladis arbor,  
Auferte hinc botros, uirgo fugit Bromium.*

## In avaros.

LI.



Reptitius populos inter ditissimus omnes,  
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet:  
 Defraudans geniumq; suum, mensasq; paratas,  
 Nil præter betas, duraq; rapa uorat.  
 Qui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit,  
 An'ne asino? sic est, instar hic eius habet.  
 Nanq; asinus dorso pretiosa obsonia gestat,  
 Seq; rubo, aut dura carice pauper alit.

D 3

## Maturandum.

LII.



*Maturare iubent properè & cunctarier omnes.  
 Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.  
 Hoc tibi declaret connexum Echeneide telum.  
 Hæc tarda est, volitant spicula missa manu.*

## In astrologos.

LIII.



Te care per superos qui raptus & aëra, donec  
 In mare præcipitem cera liquata daret,  
 Nunc te cera eadem seruensq; resuscitat ignis,  
 Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.  
 Astrologus caueat quicquam predicere, præceptis  
 Nam cadet impostor dum super astra uehit.

D 4



A minimis quoque timendum. LIIII.



*Bella gerit Scarabeus, & hostem prouocat ultrò.  
 Robore & inferior, consilio superat.  
 Nam plerumque Aquile clam se neque cognitus abdit,  
 Hostilem ut nidum summa per astra petat:  
 Quaeque confodiens, prohibet spem crescere prolis:  
 Hocque modo illatum dedecus ultus abicit.*



Parem delinquentis & suasoris cul-  
pam esse.

L V.



Praefectum lituo perflantem classica uictrix  
Captivum in tetro carcere turba tenet.  
Queis ille excusat, quod nec sit strenuus armis,  
Vllius aut saevo laeserit ense latus.  
Huic illi, Quin ipse magis timidissime peccas,  
Qui clangore alios aris in arma cies.

D 5

minimis

Firmissima conuelli non posse. LVI.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes,  
 Danubiumq; omnem barbare Turca bibas:  
 Non tamen irrumpes per fracto limite, Caesar  
 Dum Charolus populis bellica signa dabit.  
 Sic sacrae quercus firmis radicibus astant.  
 Sicca licet uenti concutiant folia.

Cum laruis non luctandum.

L VII.



Scacida moriens percussu cuspidis Hector,  
 Qui toties hosteis uicerat ante suos,  
 Imprimere haud potuit uocem insultantibus illis.  
 Dum curru & pedibus neetere uincla parant.  
 Istrahite ut libitum est: sic caesi luce leonis  
 Conuellunt barbam uel timidi lepores.

Aliquid mali propter vicinum  
malum.

LVIII



Raptabat torrens ollis, quarum una metallo,  
 Altera erat figuli terrea facta manu.  
 Hanc igitur rogat illa, uelit sibi proxima ferri,  
 Iuncta ut præcipites utraq; sistat aquas:  
 Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia cura,  
 Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.  
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda,  
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

## In senatum boni principis.

LIX.



Effigies manibus trunca ante altaria diuū  
 Hic resident, quarum lumine capta prior.  
 signa potestatis summæ, sanctiq; senatus  
 Thebanis fuerant ista reperta uiris.  
 Cur resident? quia mente grauis decet esse quietæ  
 Iuridicos, animo nec uariare leui.  
 Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se  
 Pollicitis flecti numeribusque simant.  
 acus at est princeps, quod solis auribus absque  
 Affectu, constans inssa senatus agit.

## In deprehensum.

L



*Tam dudum quacunq; fugis te persequor, at nunc  
 Casibus in nostris deniq; captus ades.  
 Amplius haud poteris vires eludere nostras,  
 Ficulno anguillam strinximus in folio.*



## In fidem vxoriam.

LXX.



ecce puella viro que dextra iungitur. ecce  
 Ut sedet, ut catulus lusitat ante pedes?  
 Ecce fidei est species, Veneris quam si educat ardor,  
 Malorum in lena non male ramus erit:  
 ma vxoriam Veneris sunt, sic soboleida micie  
 Hippomanes, petiit sic Galatea virum.



Quod non capit Christus, rapit fiscus.

L X



Exprimit humentes quas iam madescerat ante  
 Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.  
 Prouchit ad summum fures quos deinde coercet,  
 Vertat ut in fiscum que male parta suam.

gottes wil ist mein  
 Gaus Kundschaft  
 von Jörgen sal

Nec quaestioni quidem ceden-  
dum.

LXIII



ropia effietam quam cernis in arce Leonam,  
tarmody, an nescis hospes? am ca fuit.  
animum placuit monstrare uiraginis acrem  
Vore fera, nomen uel quia tale tulit.  
od fidibus contorta suo non prodidit ullum  
xlacio, elinguem reddidit Iphicrates.

5 B 7 0 E  
A M G C

Formosus ualens fuit  
yphicrates

## In temerarios.

LXI



Aspicias aurigam currus Phœthontæ paterni  
 Igniuomos ausum flectere Solis equos:  
 Maxima qui postquam terris incendia sparsit,  
 Est temerè in seffo lapsus ab axe miser.  
 Sic pleriq; rotis Fortune ad sidera Reges  
 Euecti, ambitio quos iuuenilis agit,  
 Post magnam humani generis elademq; s. am. q; s.  
 Cunctorum poenas deniq; dant scelerum.

1870  
 M H 52 G  
 Caspar o Laffard

## De Morte &amp; Amore.

L X V.



Errabat socio Mors iuncta Cupidine, secum  
 Mors pharetras, paruis tela gerebat. Amor.  
 Diuertere sinus, simul una & nocte cubarunt,  
 Cecus Amor, Mors hoc tempore caeca fuit.  
 Alter enim alterius mal' provida spicula fampsit.  
 Mors aurata, tenet ossea tela puer.  
 Debit inde senex qui nunc Acheronticus esse,  
 Ecce amat & capiti florea ferta parat.  
 Ast ego mutato quia Amor me percudit arcu,  
 Desicio, iniiciunt & mihi sata manum.  
 Parce puer, Mors signa tenens uictricia pareo,  
 Fac ego amem, subeat fac Acheronta senex.

In formosam fato præ-  
reptam.

L X



Cur puerum Mors ausa dolis es carpere Amorem.  
Tela tua ut iaceret, dum propria esse putat.

1540  
S. S. G.  
Ludwig Konig

## In statuam Bacchi.

LXVII.



Bacche pater quis te mortali lumine nouit,  
 Et docta effinxit hinc tua membra manu?  
 Praxiteles, qui me rapientem Gnosida uidit,  
 Atq; illo pinxit tempore qualis eram.  
 Ur iuuenis, teneraq; etiam lanugine uernat  
 Barba, queas Iulium c. m. superare senem?  
 Vuneribus quandoq; meis si parcere disces,  
 Junior & forti pectore semper eris.  
 Tympana non manibus, capiti non cornua desunt,  
 Quos nisi dementeis talia signa decent?

E 3

A B D E F

Melchisedech Sparrow



Hoc docco, nostro quòd abusus munere sumit  
 Cornua, & insanus mollia sinistra quatit.  
 Quid uult ille color membris penè igneus? omen  
 Absit, an humanis ueris ipse facis?  
 Cum Semeles de uentre parens me fulmine traxit  
 Igniuomo, infectum puluere mersit aquis.  
 Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene dibit undis:  
 Qui non, ardenti torret ab igne iecur.  
 Sed nunc me doceas qui uis miscerier? & qua  
 Te sanus tutum prendere lege queat?  
 Quadrantem addat aqua, calicem sumpsisse salerni  
 Qui cupit, hoc sumi pocula more inuat.  
 Stes citra heminas: nam qui procedere tendit  
 Vera, alacer, sed mox ebrius, inde furit.  
 Res dura haec nimium, sunt pendula guttura, dulcè  
 Tu fluis, heu facile commoda nulla cadunt.

A B D E







In momentaneam felicita-  
tem.

LXVIII.



Æriam propter creuisse Cucurbita pinum  
 Dicitur, & grandi luxuriasse coma.  
 Cum ramos complexa, ipsamq; egressa cacumen,  
 se præstare alijs credidit arboribus.  
 Cui pinus, Nimum brevis est hæc gloria: nam se  
 Protinus adueniet quæ malè perdat hyems.

E 4

Pietas filiorum in parentes.

LXIX.



Per medios hosteis patrie cum ferret ab igne  
 Aeneas humeris dulce parentis onus,  
 Parcite dicebat, nobis sene adorea rapto  
 Nulla erit, erepto sed patre summa mihi.

†

Quare parvulus matrem tuam  
 ut sis longavus super ferat  
 Genueris Mangarum

Alius peccat, alius plectitur. LXX.



*Arripit ut lapidem catulus morsuq; fatigat.  
 Nec percussori mutua damna facit:  
 ic pleriq; simunt ueros elabier hosteis,  
 Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.*

E 6

In studiosum captum amore. LXXI




Immersus studijs, dicundo & iure peritus,  
 Et maximus libellio,  
 Heliodoram amat, quantum nec Thracius unquam  
 Princeps sororis pellicem.  
 Pallada cur alio superaſti iudice Cypri?  
 Num sat sub Ida est uincere?

*Antiq[ua] est desiderabilis non  
 hodie vix apparet, in fort[is]  
 citatis inſignibus vix in  
 miranda poſſeſſio ſuſcep[er]unt  
 receptor indeficimus quibus  
 amanda foelicitas  
 Haec ſcribebat Wilhelms de Ren  
 13. Januarij Anno 750*







Ἀντίρως Amor virtutis alium Cupidinem  
superans.

L X X I I.



Aligerum aligeroq; inimicum pinxit Amori,  
Arcu arcum, atq; ignes igne domans Nemesis;  
Quae aliis fecit paratur, a hinc puer olim  
Intrepidus gestans illa misera Lacrima  
er spuit inq; sinus imos (res mirra) crematur  
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Vis amoris.

LXXIII




*Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne  
Dum demonstrat uti est fortior ignis Amor.*

~~Amor defidabilis~~  
~~Amor~~

Paulus Lotbry k̄ay (am  
Causlȳ wand  
Spira 1575.





Iusta ultio.

LXXIIII.



Captabat uolucres captum pede cornus in auras  
 Scorpion, audaci pramiam parta gule.  
 Ast ille infuso sensim per membra ueneno,  
 Raptozem in stygias compulit ultor aquas.  
 In risu res digna, alijs qui fata parabat,  
 Ipse perit, proprijs succubuitq; dolis.

In eum qui truculentia suorum  
perierit.

L X X




*Delphinem inuitum me in litora compulit æstus,  
Exemplum in fido quanta pericla mari.  
Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,  
Quis tuos homines nauibus esse putet?*

*Handwritten notes in a cursive script, likely a commentary or translation of the Latin text above. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.*







Potentia Amoris.

LXXVI.



*Judus Amor uiden' ut ridet, placidumq; tuctur?  
 Nec faculas, nec quæ cornua flectat habet.  
 Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,  
 Scilicet ut terræ iura det atq; mari.*

*Handwritten Latin text, likely a commentary or translation of the emblem's text.*


Quà dij vocant eun-  
dum.

LXXVI



*In trivio mons est lapidum, supereminet illi  
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.  
Mercurij est igitur tumulus suspende viator  
Serta Deo, rectum qui tibi monstrat iter.  
Omnes in trivio sumus, atq; hoc tramite vitæ  
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

A7



## In simulacrum Spei.

LXXVIII.



Ne dea tam laeto suspectans sidera vultu?  
 Quis peniculis reddita imago fuit?  
 Quid fecere manus, ego nominor illa,  
 Quae miseris promptam spes bona praestat opem.  
 Quae viridis tibi palla? quod omnia me dice uerment.  
 Quid manibus mortis tela refracta geris?  
 Quod nimos sperare docet, praecido sepultis.  
 Tur in dolioli regimine pigra sedes?  
 Quae domi mansi uolitantibus unquam noxis  
 Aserat ut docuit musa uerenda senis.  
 Quae tibi adest uolucris? Cornix fidissimus oscen,  
 Est bene c. m. nequeat dicere, dicit trit.  
 Quae comites? bonus Euentus, praecopsq; Cupido,  
 Qui praecum, uigilum somnia uana uocant.  
 Quae tibi iuncta astat? scelerum Rhamnesia uindex,  
 Scilicet ut speres nil nisi quod liceat.



Illicitum non speran-  
dum.

LXXI



*Spes simul & Nemesis nostris altaribus adsunt,  
scilicet ut speres non nisi quod liceat.*

VELIS QVOD POTES  
VELIS QVOD FIT.

1574.

Gabriel Michaelis Thoma  
dorus Berlinensis



Pax.

LXXX.



Turrigeris humeris, dentis quoq; barrus eburnis,  
 Qui superare sero x Martia bella solet,  
 Supposit nunc colla iugo, stimulisq; subactus,  
 Cesareos curvus ad pia templa uehit.  
 Vel fera cognoscit concordēs undiq; gentes,  
 Proiectisq; armis munia pacis edit.

———— Pax optima rerū  
 Quas homini nouisse datur ē pax vna tri  
 Inimicis potior —————  
 iūctis

Amico suo interuimio in  
 sui memoriam scripsit Petrus  
 Bontsch Haruorsie sis  
 A. 1777.


Ἀντίρως id est, amor vir-  
tutis.

LXXXI



*Dic ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?  
Mollia quis iuvenum figere corda soles.  
Fax ubi tristis? ubi peme? res unde corollis  
Fert manus? unde aliam tempora cineta gerunt?  
Haud mihi vulgare est hospes cum Cypride quicquã,  
Villa voluptatis vos neq; forma tulit.  
Sed puris hominum succendo mentibus ignes  
Disciplinã, animos astraq; ad alta traho.  
Quattuor eq; ipsa tecto uirtute corollis,  
Quarum quæ Sophiæ est, tempora prima tegit.*





Signa fortium.

I XXXII.



Que te causa mouet uolucris Saturnia, magni  
 Vt tumulto insideas ardua Aristomenis?  
 Hoc moneo, quantum inter aues ego robore praesto,  
 Tanti in semideos inter Aristomenes.  
 Insideant timide timidorum busta columbae,  
 Nos aquile intrepidus signa benigna damus.

F 3

Quae te causa mouet uolucris Saturnia, magni  
 Vt tumulto insideas ardua Aristomenis?  
 Hoc moneo, quantum inter aues ego robore praesto,  
 Tanti in semideos inter Aristomenes.  
 Insideant timide timidorum busta columbae,  
 Nos aquile intrepidus signa benigna damus.

Qui alta contemplatur  
cadere.

LXXXIII.



*Dum turdos uisco, pedica dum fallit alaudas,  
Et iacta alti uolam figit harundo gruem,  
Dipsada non prudens auceps pede perculit : ulcrix  
Illa mali, emissum uirus ab ore iacit.  
Sic obit, extento qui sydera respicit arcu,  
Securus fati quod iacet ante pedes.*

*Sai una Iuino*

*Uiri paha Iuino*

*Wocul grasom Iuzes ambfigh heuff,  
Andlin Iob, uocmas gel, uerast,  
Dacthit die grasom uocmas may.*



## Impossibile. LXXXIIII.



*Abluis Aethiopem quid frustra? ah desine, noctis  
Illustrare nigrae nemo potest tenebras.*

F 4

Aere quandoq; salutem redi-  
mendam.

LXXXV



*Et pedibus segnibus, tumida & propendulus alio,  
Hæc tamen insidias effugit arte fiber.  
Mordicus ipse sibi medicata virilia uellit  
Atq; abicit, sese gnarus ob illa peti.  
Huius ab exemplo disces non parcere rebus,  
Et uitam ut redimas, hostibus æra dare.*

## Captiuus ob gulam. LXXXVI.



Regnator penus, & mensa corrosor herilis  
 Ostrea mus summis uidit hiulca labris.  
 Quis tenera apponens barbam salsa ossa momordit,  
 Illa recluserunt tacta repente domum.  
 Depransam & tetra tenuerunt carcere furem,  
 Semet in obscurum qui dederat tumultum.


Diues indoctus.

LXXXVII



Tranat aquas residens pretioso in uellere Phryxus,  
 Et flauam impavidus per mare scandit ouem.  
 Ecquid id est? uir sensu hebeti, sed diuite gaza,  
 Coniugis aut serui quem regit arbitrium.





## In adultores. LXXXVIII.



Semper hiat, semper tenuem qua uescitur auram,  
 Reciprocatur chamæleon,  
 mutat faciem, uarios sumitq; colores,  
 Præter rubrum uel candidum:  
 Et adulator populari uescitur aura,  
 Transq; cuncta deuorat,  
 solum mores imitatur principis atros,  
 Albi et pudici nescius.




Dulcia quandoq; amara  
fieri.

LXXXI



*Matre procul lecta paul'im secesserat infans  
Lydius, hunc diræ sed rapuistis apes.  
Venerat hic ad uos placidus ratus esse uolucres,  
Cùm nec ita immitis uipera sæua foret.  
Que datis ah dulci stimulos pro munere mellis,  
Proh dolor, heu sine te gratia nulla datur.*





Ferè simile ex Theocrito.

X C.



Lucolis dum mella legit, percussit Amorem  
 rancem mala apes, & summis spicula liquit  
 digitis, tumido gemit at puer anxius ungue,  
 quatit errabundus humum, Veneriq; dolorem  
 licat, & graviter queritur, quòd apicula paruum  
 inferre animal tam noxia vulnera possit.  
 ridens Venus, Eanc imitavis tu quoq; dixit  
 te feram, qui das tot noxia vulnera parvus.


In eum qui sibi ipsi damnum  
apparat.

x



*Capra lupum non sponte meo nunc ubere lacto,  
Quod male pastoris provida cura iubet.  
Creverit ille simul, mea me post ubera pascet,  
Improbilas nullo flectitur obsequio.*







Remedia in arduo, mala in  
prono esse.

XCII.



Ætherijs postquam deiecit sedibus Aten  
Iuppiter, heu uexat quam mala noxa uiros.  
uolat hæc pedibus celer & pernicibus alis.  
Intactumq; nihil casibus esse sinit.  
ergo Lita proles Iouis hanc comitantur euntem,  
Satura quicquid fecerit illa mali.  
d quia segnipedes, strabæ, lassæq; senectæ  
Nil nisi post longo tempore restituumt.


Eloquentia fortitudine præ-  
stantior.

XCII



Arcum leua tenet, rigidam fert dextera clauam,  
 Contegit & Nemees corpora nuda leo.  
 Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud  
 Quod uetus, & senio tempora cana gerit.  
 Quid quod linena illi leuibus traiecta catenis,  
 Quæ siffa facilibus alligat aure uiros?  
 An'ne quod Alciden lingua, non robore Galli  
 Præstantem populis iura dedisse ferunt?  
 Cedant arma toga, & quamuis durissima corda  
 Eloquio pollens ad sua uota trahit.





## In receptatores ficariorum. XCIII.



tronum furumq; manus tibi scæua per iarbem  
 et comes, & diris cincta cohors gladijs.  
 atq; ita te mentis generosam prodige censes,  
 quod tua compluris allicit olla malos.  
 nouus Actæon, qui postquam cornua sumpsit,  
 in prædam canibus se dedit ipse suis.

## Fidei symbolum.


x c



Stet depictus Honor Tyrio uelatus amictu,  
 Eiusq; iungat nuda dextram Veritas:  
 Sitq; Amor in medio castus, cui tempora circum  
 Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.  
 Constituunt haec signa fidem, reuerentia Honoris  
 Quam foecet, alit Amor, parturitq; Veritas.







In vitam humanam.

XCVI.




Plus solito humane nunc desle incommoda vita,  
 Heraclite, scetet pluribus illa malis.  
 Tu rursus, si quando alias, extolle cachinnum  
 Democrite, illa magis lud:era facta fuit.  
 Interea hæc cernens meditor, qua deniq; tecum  
 Fime fleam, aut tecum quomodo splene iocer.

## In statuam Amoris.



Quis sit Amor plures olim cecinere Poëta,  
 Eius qui uario nomine gesta ferunt.  
 Conuenit hoc, quòd ueste caret, quòd corpore paruus  
 Tela al usq; ferens, lumina nulla tenet.  
 Hac ora, hic habitusq; Dei est: sed dicere tantos  
 Si licet in uates, falsa subesse reor.  
 Ecce nudus agat? Diuo quasi pallia desint,  
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.  
 Aut qui quæsoniues Boreamq; euadere nudus  
 Alpinum potuit, strictaq; prætæ gelus?





puer est, puerumue uocas qui Nestora uincit?  
 An nosti Ascræi carmina docta senis?  
 constans puer, hic peruicax, pectora quæ iam  
 Trans adiit, nunquam linquere sponte potest.  
 Et pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?  
 An curuare infans cornua dura ualet?  
 Alas curue tenet, quas nescit in æthera ferre?  
 Inscius in uolucrum flectere tela iecur.  
 erpit humi, semperq; uirum mortalia corda  
 Ladit, & haud alas saxeus inde mouet.  
 i cæcus uitamq; gerit, quid tania cæco  
 Utilis est? ideo num minus ille uidet?  
 Quisne sagittiferum credat, qui lumine captus?  
 Hic certa, ast cæci spicula uana mouet.  
 igneus est aiunt, uersatq; in pectore flammæ:  
 Cur agè uiuit adhuc? omnia flammæ uorat.  
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur undis.  
 Naiadum quoties mollia corda subit?  
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,  
 Verus quid sit Amor, carmina nostra ferent.  
 uicundus labor est, lasciuia per ocia, signum  
 Illius est, nigro punica glan selypeo.

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi  
non oportere. XCVII



*Colchidos in gremio nidum quid congeris? chea  
Nescia cur pullos tam male credis auis.  
Dira parens Medea suos seuissima natos  
Perdidit, & speras parcat ut illa tuis?*

*Handwritten notes in cursive script, likely a commentary or translation of the Latin text above.*



Doctos doctis obloqui nefas  
esse.

X C I X.



Quid rapis heu Progne uocalem seu Cicadam,  
Pignoribusq; tuis fercula dira paras?  
Ac stridula stridulam, uernam uerna, hospita lœdis  
Hospitam, & aligeram penniger aues auem?  
Ergo abice hanc prædã, nã musica pectora summi est  
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Mulieris famam, non formam, uulga-  
tam esse oportere.



Alma Venus quæ nam hæc facies, quid denotat illa  
Testudo, moll quam pede Dina premis?  
At sic effinxit Phidias, sexumq; referri  
Fœmuncum, nostra iussit ab effigie,  
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,  
Supposuit pedibus talia signa meis.

Sum tuus et tibi vinctus tibi  
morior bone tibi.

In temeris suis suis quoque semper  
ego.

Hæc scribebat Conradus de Br  
nincæ spiræ 8. febr. 1571.

Bonis à diuitibus nihil timendum. CI.



mētus contiguo Marius mihi pariete, nec non  
 Subbardus, nostri nomina nota fori.  
 ædificant bene nummati, sat aguntq; uel ultrò  
 Obstruere heu nostris undiq; luminibus.  
 Me miserum, geminæ quem tanquam Phineæ raptat  
 Harpyiæ, ut proprijs sedibus eiciant.  
 integritas nostra, atq; animus quesitor honesti,  
 His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.

G 3

Inimici nostri sunt Marius et Subbardus  
 qui domum nostram circumdant et nos  
 ab omni parte obsident. Nos autem  
 non timemus eos, sed magis nosmetipsos  
 timemus, quia nosmetipsos non  
 cognoscimus.

Consilio & virtute Chimæram superari, id est,  
fortiores & deceptores. CI



*Bellerophon ut fortis eques superare Chimæram,  
Et Licij potuit sternere monstra soli:  
Sic tu Pegaseis uectus petis athera pennis,  
Consilioq; animi monstra superba domas.*

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis,  
 primi Ducis Mediol. CIII.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma Ducesq;  
 Et mare, quod geminos mugit adusq; sinus.  
 Adde his Barbariem constantem irrumpere frustra  
 Et mercede emptas in fera bella manus.  
 Anguiger ast summo sistens in culmine dicat:  
 Quis parvis magnum me super imposuit?

Optimus ciuis.


CIII



Dum iustis patriam Thrasymbulus uindicat armis,  
 Dumq; simultates ponere quenq; iubet,  
 Concors ordo omnis magni instar muneris, illi  
 Palladia fertum frondis habere dedit.  
 Cinge comam Thrasymbule, geras hunc solus honorem:  
 In magna nemo est annulus urbe tibi.







In subitum terrorem.

CV.



Effuso cernens fugientes agmine turmas,  
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

## In adulari nescientem.



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora  
 Mutet, & ut uarios querat habere duces:  
 Nescit adulari, cuiquámue obtrudere palpum,  
 Regia quem morem principis omnis habet.  
 Sed ueluti ingenuus sonipes, dorso excutit onerem,  
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.  
 Nec seuire tamen domino fas. ultio sola est,  
 Dura seruum ut iubeat ferre lupata magis.

## Insignia Poëtarum.

CVIL.



ntilis clypeos sunt qui in Ionis alite gestant,  
 Sant quibus aut Serpens aut Leo signa ferunt:  
 ira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,  
 Doctaq; sustineat stemmata pulcher Olor.  
 e Phæbo sacer, & nostræ regionis alumnus,  
 Rex olim, veteres seruat adhuc titulos.


Musicae Dijs curæ esse.

CVII



Zoerensis posuit tibi delphice Phœbe cicadain  
 Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ.  
 Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,  
 Et percussa sonum pollice fila dabant.  
 Trita fides rauco coepit cum stridere bombo,  
 Legitimum harmonias & uitare melos:  
 Tunc cithara argutans suavis sese intulit ales,  
 Que fractam impleret uoce cicada fidem.  
 Quæq; allecta, soni ad legem descendat ab aliis  
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.  
 Ergo tue ut firmus stet honos, ô sancte, cicada,  
 Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.







In obliuionem patriæ.

CIX.



am dudum missa patria, oblitusq; tuorum,  
 Quos tibi seu sanguis siue parauit amor,  
 Romam habitas, nec cura domum subit ulla reuerti,  
 Aeternæ tantum te capit urbis honos.  
 Sic Itacium præmissa manus dulcedine loti  
 Liquerat & patriam, liquerat atq; ducem.

Jo: Glandorpius<sup>H</sup>

patria gentilem non ornat  
 laude prophetam.

W. M. G. B. D. S. M.  
 B: spira 17. Julij 1677.

Vnum nihil, duos plurimum posse.



*Laërta genitum, genitum quoq; Tydeos una  
 Hac cera expressit Zenobis apta manus.  
 Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,  
 Nec tamen alterius non eget alter ope.  
 Cum duo coniuncti ueniunt, uictoria certa est,  
 Solens mens hominem, dextræue destituit.*

In aulicos.

CXI.



*Vana Palatinos quos educat aula cientes,  
Dicitur auratis neclere compedibus.*

H 2

1. 5. 70.

G. W. G.

*Edm. Randolphe D<sup>ni</sup>  
Chancery*

In mortem præprope-  
ram.

Qui teneras forma allicuit torsitq; puellas,  
 Pulchrior & tota nobilis urbe puer,  
 Occidit ante diem, nulli mage flendus Arestii  
 Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.  
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris  
 Astruis, & querulis uocibus astra seris.  
 Me sine abis dilecte? neq; amplius ibimus una?  
 Nec mecum in studijs otia grata teres?  
 Sed te terra teget, sed sati Gorgonis ora,  
 Delphinesq; tui signa dolenda dabunt.



Spine  
 Post mortem nulla  
 Voluptas

Suis. A. Robb. Dominis

Ἐχθρῶν ἀλώρεα δῶρεα. In do-  
na hostium.

CXIII.



Bellorum cepisse ferunt monumenta a vicissim  
Scutiferum Aiacem, Hectoraq; Iliacum.  
Balthea Priamides, rigidum Telamonius enses,  
Instrumenta suae cepit uterq; necis.  
Ensis enim Aiacem confecit, at Hectora functum  
Traxere Aemonijs cingula nexa rotis.  
sic titulo obsequij quae mittunt hostibus hostes  
Munera, venturi praescia fata ferunt.

H 3

*J. G. V. R. E.*  
*Pa. Valguercium*

Andrææ Alciati Em-  
 BLEMATVM LIBER  
 SECVNDVS.



In diuites publico malo. I.


*Anguillus quisquis captat, si limpida uerrat  
 Flumina, si illimes ausit adire lacus,  
 Cassus erit, ludetq; operam. multum excitet ergo  
 Si cretæ, & uitreas palmula turbet aquas.  
 Diues erit. sic ijs res publica turbida lucro est.  
 Qui pace, arctati legibus, esuriunt.*

In Iuuentam. II.

*Natus uterque Ionis tener, atq; imberbis uterque,  
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele.  
 Saluete, æterna simul & florete inuenta,  
 Numine sit uestro qua diuturna mihi.  
 Tu uino curas, tu uictu dilue morbos,  
 Vt lento accedat sera senectæ pede.*







## In pudoris statuam.

I I I.

Penelope desponsa sequi cupiebat *Vlyssē,*  
*Ni secum Icarius mallet habere pater.*  
*Ille Ithacam, hic offert Sparten, manet anxia uirgo.*  
*Hinc pater, inde uiri mutuus urget amor.*  
*Ergo sedens uelat uultus, obnubit ocellos:*  
*Ista uerecundi signa pudoris erant.*  
*Queis sibi prælatum Icarius cognouit *Vlyssē,**  
*Hicq; pudori aram schemate constituit.*

## Sirenes.

I I I I.

*Absque alis uolucres, & cruribus absq; puellas,*  
*Rostro absq; & pisces, qui tamen ore canant,*  
*Quis putet esse ullos? iungi hæc natura negauit*  
*Sirenes, fieri sed potuisse docent.*  
*Illicium est mulier, quæ in piscem desinit atrum,*  
*Plurima quod secum monstra libido uehit.*  
*Aspectu, uerbis, animi candore, trahuntur,*  
*Parthenope Ligia Leucosiaq; uiri.*  
*Has musæ explumant, has atq; illudit *Vlyssēs,**  
*Scilicet est doctis cum meretrice nihil.*

## Ficta Religio.

V.

*Regali residens meretrix pulcherrima sella,*  
*Purpureo insignem gestat honore pepulum,*  
*Omnibus & latices pleno è cratere propinat,*  
*At circum cubitans ebria turba iacet.*  
*Sic Babylona notant, quæ gentes illice formata,*  
*Et ficta stolidas religione capit.*

## Gratiæ.

VI.

*Tres Charites Veneri assistunt, dominamq; sequuntur.*  
*Hincq; uoluptates, atq; alimenta parant.*  
*Latitiam Euphrosyne, speciosum Aglaja nitorem,*  
*Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.*  
*Cur nude? mentis quoniam candore uenustus*  
*Constat, & eximia simplicitate placet.*  
*An quia nihil referunt ingrati atq; arcula inanis,*  
*Est Charitum? qui dat numera, nudus eget.*  
*Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat*  
*Qui cito dat, minimi gratia tarda pretij est.*  
*Implicitis ulnis cur uertitur altera? gratus*  
*Fœnerat, huic remanent una abeunte dua.*  
*Iuppiter ijs genitor, cœli de semine diuus*  
*Omnibus acceptus edidit Eurynome.*

Antiquissima quæque com-  
mentitia.

VII.

*Pellenæ senex, cui forma est histrica, Proteu,*  
*Qui modo membra uiri fers, modo membra feri,*  
*Dic agè qua species ratio te uertit in omnes.*  
*Nulla sit ut uario certa figura tibi?*  
*Signa uetustatis, prinæui & præfero seclis*  
*De quo quisque suo somniat arbitrio.*

## Prudentes.

VIII.

Tane bifrons, qui iam transacta futuraq; calles,  
 Quiq; retro sannas sicut & antè uides,  
 Tot te cur oculis, tot fingunt uulibus? an quòd  
 Circumspectum hominem forma fuisse docet?

## # In fraudulentos.

IX.

Parua lacerta, atris stellatus corpora guttis  
 Stellio, qui latebras, & caua busta colit,  
 In uadia paruiq; doli fert symbola pictus,  
 Hic uim nimium uiribus cognita zelotypis.  
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,  
 Sit quibus immersus stellio, uina bibat.  
 Hinc uindicta frequens decepta pellice uino,  
 Quam forma amisso flore relinquit amans.

## ## Luxuriosorum opes.

X.

Rupibus aërijs, summiq; crepidine saxi  
 Immites fructus ficus acerba parit:  
 Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,  
 Qui nihil humane commoditatis habent.  
 Sic fatuorum opibus parasiti & scorta fruuntur.  
 Et nulla iustos utilitate iuuant.

## In desciscentes.

XI.

Quòd sine egregios turpi maculaueris orsus,  
 In noxamq; tuum uerteris officium,  
 Fecisti, quod capra, sui mulctaria lactis  
 Cum ferit, & propriis calce profundit opes.

## Ex damno alterius utilitas.

XII.

*Dum seuis ruerent in mutua uulnera telis,  
 Vngue leana ferox, dente timendus aper,  
 Accurrit uultus spectatum, & prandia captat.  
 Gloria uictoris, præda futura sua est.*

## Male parta male dilabuntur.

XIII.


*Miluus edax, nimis quem nausæa torserat escæ,  
 Hæi mihi mater ait uiscera ab ore fluunt.  
 Illa autem, quid fles? cur hæc tua uiscera credas,  
 Qui raptò uiuens sola aliena uomis?*

## Scyphus Nestoris.

XIII.

*Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,  
 Quod grauis argenti massa profudit opus.  
 Clauiculi ex auro: stant circum quattuor ansæ:  
 Vnamquæque super fulua columba sedet.  
 Solus cum potuit longæuus tollere Nestor.  
 Mæonidæ doceas quid sibi musa uelit.  
 Est cælum scyphus ipse. colos argenteus illi est:  
 Aurea sint cæli sidera clauiculi.  
 Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas.  
 Umblici gemini, magna minorq; fera est.  
 Hæc Nestor longo sapiens intelligit usu.  
 Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.*







## Senex puellam amans.

XV.

dum Sophocles, quamuis affecta etate, puellam  
 A quæstu Archippen ad sua uota trahit,  
 Illicit & pretio, tulit agrè insana iuuentus  
 Ob zelum, & tali carmine utrunq; notat.  
 Toctua ut in tumulis, super utq; cadauera bubo,  
 Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

## Cauendum à meretricibus.

XVI.

le sata Circes tam magna potentia fertur,  
 Verterit ut multos in noua monstra uiros,  
 Testis equum domitor Picus, tum Scylla bisformis,  
 Atque Ithaci postquam uina bibere sues,  
 dicat illustri meretricem nomine Circe,  
 Et rationem animi perdere, quisquis amat.

Strenuorum immortale  
nomen.

XVII.

Acacida tumulum Rhoetæo in littore cernis,  
 Quem plerunq; pedes uisitat alba Thetis.  
 hicgitur semper uiridi lapis hic amarantho,  
 Quod nunquam herois sit moriturus honos.  
 ic Graium murus. magni nex Hectoris haud plus  
 Debet Maonida, quam sibi Maonides.

## Concordia insuperabilis. XVIII.

*Tergeminos inter fuerat concordia fratres,  
Tanta simul pietas mutua, & unus amore  
Inuicti humanis ut uiribus ampla tenerent  
Regna, uno dicti nomine Geryonis.*

## Cuculi. XIX.

*Ruricolus agreste genus pleriq; cuculos  
Cur uocitent, quenam prodita causa fuit?  
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore uites  
Qui non absoluit iure notatur iners.  
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille  
Cui thalamum prodit uxor adulterio.*

## Nobiles &amp; generosi. XX.

*Aurea Cecropias neſtebat fibula ueſtes:  
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit:  
Calceus Arcadico ſuberat cui lunula ritu,  
Geſtatur patribus mullea Romulidis.  
Indigenas quòd ſe adſerrent hæc ſigna tulerunt  
Antiqua illuſtres nobilitate uiri.*

## Ignauī.

XXI.

Ignauī ardeolam stellarem effingere serui  
 Et studia, & mores, fabula prisca fuit,  
 Quę famulum Asteria uolucris sumpsisse figuram  
 Est commenta. fides sit penes historicos.  
 Degener hic ueluti qui cauet in aëre falco est  
 Dictus ab antiquis uatibus ardelio.

## Facundia difficilis.

XXII.

Antidotum Aëæ medicata in pocula Circes  
 Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.  
 Moly uocant. id uix radice euellitur atra,  
 Purpureus sed flos, lactis & instar habet.  
 Eloquij candor facundiaq; allicit omnes,  
 Sed multi res est tanta laboris opus.

## Infani gladius.

XXIII.

Setigeri medius stabat gregis ensifer Aiax,  
 Cæde suum credens cadere Tantalidas.  
 Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas  
 Pro Laërtiade, pro caueaq; dabat.  
 Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab iclu,  
 Consilijq; impos in sua damna ruit.

Bonis auspicijs incipiendum. XXI II

~~Auspicijs res coepta malis, bene cedere nescit.  
 Felici quae sunt omine facta, inmanit.  
 Quidquid agis, mustela tibi si occurrat, omitte:  
 Signa male haec fortis bestia praua gerit.~~

XII. certamina Hercules

ἀλκυονίδως.

XX


Roboris inuicti superat facundia laudes:  
 Dicta Sophistarum laqueosq; resoluit inanes.  
 Non furor, aut rabies uirtute potentior ulla est:  
 Continuum ob cursum sapienti opulenta cedit:  
 Spernit auaritiam, nec raptu aut scenore gaudet:  
 Vincit, foemineos spoliatq; insignibus astus:  
 Expurgat sordes, & cultum mentibus addit:  
 Illicitos odit coitus, abigitq; nocentes:  
 Barbaries feritasq; dat impia deniq; poenam:  
 Vnius uirtus collectos dissipat hostes:  
 Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris:  
 Docta per ora uirum uolat & non interit unquam

In nothos.

XXV

Herculeos spurij semper celebretis honores:  
 Nam uestri princeps ordinis ille fuit.  
 Nec prius esse deus potuit, quam sugeret infans  
 Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.





Sapientia humana stultitia  
est apud Deum.

XXVII.

Quid dicā? quonam hoc compellem nomine monstrum?

Biforme quod non est homo, nec est draco:  
sed sine uir pedibus, summis sine partibus anguis,  
Vir angui pes dici, & homiceps anguis potest.  
Anguem pedis homo, hominē eructauit & anguis,  
Nec finis hominis est, initium nec est seræ.  
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,  
Sic & gigantes terra mater protulit.  
Hæc uasrum species, sed relligione carentem,  
Terrena tantum quicq; curet, indicat.

In detractores.

XXVIII.

Audent flagriferi matule, stupidiq; magistri  
Bilem in me impuri pectoris euomere:  
Quid faciam? reddāme uices? sed nōne cicadam  
Ala una obstreperam corripuisse serar?  
Quid prodest muscas operosis pellere flabris?  
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Imparitas.

XXIX.

Vt sublime uolans tenuem secat æra falco,  
Vt pascuntur humi graculus, anser, anas:  
Si summum scandit super æthera Pindarus ingens,  
Sic scit humi tantum serpere Bacchilydes.



## Amuletum Veneris.

XX

Inguina dente sero suffosum Cypris Adonim  
 Lactuca folijs condidit ex animam.  
 Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,  
 Quantum eruca salax uix stimulare potest.

## Cupressus.

XXX

Indicat effigies metæ, nomenq; cupressi  
 Tractandos parili conditione suos.

A L I V D.

Funeſta eſt arbor, procerum monumenta cupreſſus  
 Quale apium plebis, comere fronde ſolet.

A L I V D.

Pulchra coma eſt, pulchro digeſtæq; ordine fronde  
 Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

## Quercus.


XXX

Grata Ioui eſt quercus, qui nos ſeruatq; fouetq;  
 Seruanti ciuem querna corona datur.

A L I V D.

Glande aluit ueteres, ſola nunc proficit umbra,  
 Sic quoq; ſic arbor officioſa Iouis.





Laurus.

XXXIII.

*Præscia venturi laurus fert signa salutis.  
Subdita puluillo somnia vera facit.*

A L I V D.

*Debetur Charolo superatis laurea Pænis:  
Victrices ornent talia ferta comas.*

Abies.

XXXIII.

*Apta fretis abies in montibus editur altis:  
Est & in aduersis maxima commoditas.*

Picca.

XXXV.

*At picca emittat nullos quòd stirpe stolones,  
Illius est index, qui sine prole perit.*

Cotonca.

XXXVI.

*Poma nouis tribui debere cydonia nuptis  
Dicitur antiquus constituisse Solon.  
Grata ori & stomacho cum sint, ut & halitus illis  
Sit suavis, blandus manet & ore lepos.*

Ilex.

XXXVII.

*Duritie nimia quòd sese rumperet ilex,  
Symbola civilis seditionis habet.*

I

## Hedera.

XXXVIII.

*Haudquaquam arefcens hederæ eft arbufcula, Ciffò  
 Quæ puero Bacchum dona dediffe ferunt:  
 Errabunda, procax, auratis fulua corymbi,  
 Exterius viridis, cætera pallor habet.  
 Hinc aptis vates cingunt fua tempora fertis:  
 Pallefcunt ftudijs, laus diuturna vires.*

## Buxus.

XXXIX.

*Perpetuo viridis, crifpòq; cacumine buxus,  
 Vnde eft diffaribus fiftila facta modis,  
 Delicijs apta eft teneris, & amantibus arbor.  
 Pallor ineft illi, pallet & omnis amans.*

## Malus medica.

XL.

*Aurea funt Veneris poma hæc, iucundus amaror  
 Indicat, eft Græcis fic glycypticros amor.*

## Populus alba

XLI.

*Herculeos crines bicolor quòd populus ornet,  
 Temporis alternat noxq; diesq; vices.*

## Salix.

XLII.

*Quòd frugifperdam falicem vocitarit Homerus,  
 Clitorijs homines moribus adfimulat.*



## Respublica liberata.

XLVII.

*Cæsaris exitio ceu libertate recepta,  
 Hæc ducibus Brutis cusa moneta fuit,  
 Ensiculi in primis, queis pileus insuper adstet,  
 Qualem missa manu seruitia accipiunt.*

## Aduersus naturam peccantes. XLVIII.

*Turpe quidem factu, sed & est res improba dictu,  
 Excipiat si quis chænice ventris onus.  
 Mensuram legisq; modum hoc excedere sanctæ est,  
 Quale sit incesto pollui adulterio.*

## Furor, &amp; rabies.

XLIX.

*Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,  
 Et scriptum in summo margine carmen habet:  
 Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida  
 Talia magnanimus signa Agamemno tulit.*

## Nupta contagioso.

L.

*Dū meliora pijs, Mezentis. cur agè sic me  
 Compellas? emptus quòd tibi dote gener,  
 Gallica quem scabies, dira & mentagra perurit.  
 Hoc est quidnam aliud, dic mihi seue pater,  
 Corpora corporibus quàm iungere mortua viuis,  
 Efferaq; Etrusci facta nouare ducis?*



## Confiliarii Principum.

L I.

Heroum genitos, & magnum fertur Achillem  
 In stabulis Chiron erudisse suis.  
 Semiferum doctorem, & semiuirum centaurum,  
 Absideat quisquis regibus, esse decet.  
 Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:  
 Estq; homo, dum simulat se populo esse piū.

Νῆφι, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν. ἀρδρα  
 ταῦτα τῶν φρενῶν. L I I.

Ne credas, ne, Epicharmus ait, non sobrius esto.  
 Hi nerui, humane membraq; mentis erunt.  
 Ecce oculata manus credens id quod videt, ecce  
 Pulegium antiquæ sobrietatis olus,  
 Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,  
 Mulxerit & tumida seditione grauem.

Πῆ παρ' ἄβυσσον; τί δ' ἐρξέας; τί μοι  
 λόγος, ἢ κ' ἐτελίσθαι; L I I I.

Italicæ Samius sectæ celeberrimus auctor  
 Ipse suum clausit carmine dogma breui.  
 Quo prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?  
 Hanc rationem vrgens reddere quæq; sibi.  
 Quod didicisse gruuum volitantium ex agmine fertur,  
 Arreptum gestant quæ pedibus lapidem,  
 Ne cessent, neu transuersas mala flamma raptent.  
 Qua ratione hominum vita regenda fuit.

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. LIIII.

Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,  
 Et nimium felix saepe timenda fuit.  
 Sustine, Epictetus dicebat, & abstine. oportet  
 Multa pati, illicitis absq; tenere manus.  
 Sic ducis imperium vincetus fert poplite taurus  
 In dextro, sic se continet à gravidis.

In fordidos. LV.

Quae rostro clystere velut sibi proluit aluum  
 Ibi, Niliacis cognita litoribus,  
 Transyt opprobry in nomen, quo Publius hostem  
 Naso suum appellat, Battiades q; suum.

In colores. LVI.

Index mœstitiæ est pullus color, utimur omnes  
 Hoc habitu tumulis cum damus inferias:  
 At synceri animi, & mentis stola candida pura.  
 Hinc sindon sacris linea grata viris.  
 Nos sperare docet viridis, spes dicitur esse  
 In viridi, quoties irrita retro cadit.  
 Est cupidus flavus color, est & amantibus aptus,  
 Et scortis, & quæ spes sua certa fuit.  
 At ruber armatos equites exornet amictus,  
 Indicet & pueros erubuisse pudor.  
 Ceruleus nautas, & qui cœlestia vates  
 Attoniti nimia religione petunt.

Vilia sunt giluis nativaq; vcllera birris,  
 Qualia ligni pedes stragula habere solent.  
 Quem cura ingentes cruciant, vel Zelus amoris,  
 Creditur hic fulua non male veste tegi.  
 Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,  
 Fortunæ equanimis tædia quiq; ferat.  
 Vt varia est natura coloribus ingignendis,  
 Sic alijs aliud, sed sua cuiq; placent.

## Vigilantia, &amp; custodia. L V I I.

Instantis quòd signa canens det gallus eoi,  
 Et reuocet famulas ad noua pensa manus,  
 Turribus in sacris effingitur. area mentem  
 Ad superos peluis quòd reuocet vigilem,  
 Est leo, sed custos oculis quia dormit apertis,  
 Templorum iccirco ponitur ante fores.

## Dicta v i i. sapientium. L V I I I.

Hæc habeas, septem sapientum effingere dicta,  
 Atq; ea picturis qui celebrare velis.  
 Optimus in rebus modus est, Cleobulus vt inquit,  
 Hoc trutine examen, siue libella docet.  
 Noscere se Chilon Spartanus quenq; iubebat.  
 Hoc specula in manibus, vtraq; sumpta dabunt.  
 Quod Periander ait, fræna adde Corinthius iræ  
 Pulegium admotum naribus efficiet.  
 Pittacus at ne quid dixit nimis. hæc eadem aiunt,  
 Contracto qui gith ore liquefaciunt.

Respexisse Solon finem iubet vltimus agris,  
 Terminus haud magno cesserit ipse Ioui.  
 Heu quàm vera Bias, est copia magna malorum  
 Musimoni insideat effice sardus eques.  
 Ne præs esto Thales dixit, sic illita visco  
 In laqueos sociam parra, merops q̄; trahit.

## Terminus.

LIX.

Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,  
 Stat cirrata super pectore imago tenuis,  
 Et sese nulli profitetur cedere. talis  
 Terminus est, homines qui scopius vnus agit.  
 Est immota dies, prefixa q̄; tempora fati,  
 De q̄; ferunt primis vltima iudicium.

## In dies meliora.

LX.

Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno,  
 Hec q̄; cliens ventri xenia dixit habe.  
 Progreditur semper, nec retro respicit vnquam,  
 Gramina cum pando proruit ore vorax.  
 Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum  
 Cedat, & vt melius sit, quod & vltimus.

## Luxuria.

LXI.

Eruca capripes redimitus tempora Faunus  
 Immodicæ Veneris symbola certa refert.  
 Est eruca salax, inde x q̄; libidinis hircus,  
 Et satyri nymphas semper amare solent.

## Superbia.

L X I I .

*En statue statua, & ductum de marmore marmor  
 Se conferre deis ausa procax Niobe.  
 Est vitium muliebre superbia, & arguit oris  
 Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.*

## Desidia.

L X I I I .

*Desidet in modio Esseus, speculatur & astra,  
 Subtus & accensam contegit igne facem.  
 Segnities specie recti, velata cucullo,  
 Non se, non alios vtilitate iuvat.*

## Inuidia.

L X I I I I .

*Squallida vipereas manducans fœmina carnes,  
 Cuiq; dolent oculi, quæq; suum cor edit,  
 Quam macies, & pallor habent, spinosaq; gestat  
 Tela manu, talis pingitur inuidia.*

## Auaritia.

L X V .

*Heu miser in medijs sitiens stat Tantalus vndis,  
 Et poma esuriens proxima habere nequit.  
 Nomine mutato de te id dicetur auare,  
 Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.*

## Gula.

LXVI.

*Curculione gravis tumida vir pingitur aluo,  
 Qui laurum, aut manibus gestet onocrotalum.  
 Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,  
 Et gula quos celebres deliciofa facit.*

## Maledicentia.

LXVII.

*Archilochi tumulo insculptas de marmore vestras  
 Esse ferunt, linguae certa sifilla mala.*

## Contra.

*Vesparum quod nulla unquam Rex spicula figet,  
 Quodq; alijs duplo corpore maior erit,  
 Arguet imperium clemens, moderataq; regna,  
 Sancta q; iudicibus credita iura bonis.*

## Aemulatio impar.

LXVIII.

*Altiuolam miluus comitatur degener harpam,  
 Et praedae partem saepe cadentis habet.  
 Nullum prosequitur qui spretas sargus ab illo,  
 Prateritasq; avidus deuorat ore dapes.  
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum  
 Vitur hoc lippo curia tanquam oculo.*

## Ira.

LXIX.

*Alceam veteres caudam dixere leonis,  
 Qua stimulante iras concipit ille graues.  
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro  
 Felle dolor, furias excitat indomitas.*

## Philautia.

L X X.

Quòd nimium tua forma tibi Narcisse placebat,  
 In florem, & noti est versa stuporis olus.  
 Ingenij est marcor, clades q̄; philautia, doctos  
 Quæ pessum plures datq̄; deditq̄; viros,  
 Qui veteris abiecta methodo, noua dogmata quarunt,  
 Nilq̄; suas præter tradere phantasiis.

## Lasciuia.

L X X I.

Delicias, & mollitiem mus creditur albus  
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.  
 An quòd ei natura salax, & multa libido est?  
 Ornat Romanas an quia pelle nurus?  
 Sarmaticum murem vocitant plerique Zibellum,  
 Et celebris suauis est vngvine muscus Arabs.

## Temeritas.

L X X I I.

In præceps rapitur, frustra quoq; tendit habenas  
 Auriga, effreni quem vehit oris equus.  
 Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat  
 Et temere proprio ducitur arbitrio.

## Garrulitas.

L X X I I I.

Quid matutinos Progne mihi garrula somnos  
 Rumpis, & obstrepero Daulias ore canis?  
 Dignus epops Tereus, qui maluit ense putare  
 Quàm linguam immodicam stirpitus eruere.



Vino prudentiam augeri. LXXIIII.

*Hæc Bacchus pater, & Pallas communiter ambo  
 Tempa tenent, soboles vtraque vera Iouis:  
 Hæc caput, ille femur soluit: huic vsus oliui  
 Debitus, inuenit primus at ille merum.  
 Iunguntur merito. quòd si qui abstemius odit  
 Vina, deæ nullum sentiet auxilium.*

Prudens, sed infacundus. LXXV.

*Noctua Cecropijs insignia præstat Athenis  
 Inter aues sani noctua consilij.  
 Armiferae merito obsequijs sacrata Minervæ est,  
 Garrula quo cornix cesserat antè loco.*

Vis naturæ. LXXVI.

*Pana colunt gentes, (naturam hoc dicere rerum est)  
 Semicaprumq; hominem, seniuirumq; Deum.  
 Vir tenus umblico est, hominũ quòd propria virtus  
 Corde oriens celsa verticis arce sedet.  
 Hinc caper est, quia nos naturam in secla propagat  
 Concubitu, vt volucres, squamea, bruta, feras.  
 Quod commune alijs animantibus, est caper index  
 Luxuriæ, Veneris, signaq; , aperta gerit.  
 Cordi alijs sophian, alijs tribuere cerebro.  
 Inferiora modus, nec ratio vlla tenet.*

## Ars naturam adiuuans. LXXVII.

*Vt Fortuna pile, cubo sic insidet Hermes:  
 Artibus hic, varijs casibus illa preest.  
 Aduersus vim Fortune est ars facta: sed artis  
 Cum Fortuna mala est, sæpe requirit opem.  
 Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,  
 Que certæ secum commoda sortis habent.*

## Fatuitas. LXXXVIII.

*Miraris nostro quòd carmine diceris Otus,  
 Sit vetus à proavis cum tibi nomen Otho.  
 Aurita est, similes & habet ceu noctua plumas,  
 Saltantemq; auceps mancipat aptus auem.  
 Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,  
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.*

## Dolus in suos. LXXXIX.

*Altilis alleclator anas, & cærule pennis  
 Adsueta ad dominos ire redire suos,  
 Congeneres cernens volitare per aëra turmas,  
 Garrit, in illarum se recipitq; gregem,  
 Prætensa incautas donec sub retia ducat.  
 Obstrepitant captæ, conscia at ipsa filet.  
 Perfida cognato se sanguine polluit ales,  
 Officiosa alijs, exitiosa suis.*

Nil reliqui.

LXXX.

Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris  
 Locusta ut raperent, quidquid inesset, agris.  
 Vidimus innumeris euro duce tendere turmas,  
 Quælia non Atyle castra'ue Xerxis erant.  
 He scenum, milium, corda omnia consumpserunt,  
 Spes & in angusto est, stant nisi vota super.

Inanis impetus.

LXXXI.

Lunarem noctu, ut speculum, canis inspicit orbem:  
 Sæque videns, alium credit inesse canem,  
 Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis,  
 Et peragit cursus surda Diana suos.

In garrulum & gulosum.

LXXXII.

Voce boat torua, præ largo est gutture, rostrum  
 Instar habet nasi multiforisq; tubæ.  
 Deformem rabulam, addictum ventriq; gulaq;  
 Signabit, volucer cum truo pictus erit.

Opulenti hæreditas.

LXXXIII.

Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,  
 Hinc socy, atque omnis turba Pelasga vetat.  
 Obtinet exuias Heclor, Græciq; cadaver,  
 Hæc fabella agitur, cum vir opimus obit.  
 Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,  
 Et coruis aliquid, vulturisq; sinit.

Mediolanum.

LXXXIIII.

Bituricis veruex, Heduis dat fucula signum.  
 His populis patriæ debita origo meæ est,  
 Quam Mediolanum Sacram dixere puellæ  
 Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.  
 Culta Minerva fuit, nunc est, vbi numine Tecla  
 Mutato matris virginis ante domum.  
 Laniger huic signum sus est, animalq; biforme  
 Acribus hinc setis, lanitio inde leui.

Nunquam procrastinan-  
 dum.

LXXXV.

A L C I A T A E gentis insignia sustinet alce,  
 Vnguibus & μὴ δ' ἔρ fert ἀναβαλλόμεν &.  
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,  
 Qui tot obiisset tempore gesta breui:  
 Nunquã, inquit, differre volēs, quod & indicat alce:  
 Fortior hæc dubites ocyor an'ne fiet.



NESSIT LABI VIRTUS



Epitaphium Joha. principis <sup>93</sup>  
Saxonid. <sup>Principis</sup>

In quoq; Saxonis Johannes inclite  
o virtute minor equite patre tuo,  
omnia tibi pietate filioq; colebas.  
Ista pie matris testis erant tua,  
in delictis

semine tui ligna q; fessa fide,  
otior ut fieret divini gloria verbi  
imponib; filii quib; redimenda tuis  
q; Evangelij studium deponere velles  
lectus no vlla te poterat vincere  
In tuis incendiis constantia pectoris <sup>Hostis</sup>  
Hostis et passim multa pericula tibi  
ad te difficili plexu tepore tui.  
et gratiam patris q; pittore dedit.  
Et tua saepe fuit moderatio p'fuit in  
opin in quibus, summet auma man  
ac longe sup'eras. Alios tunc triumphos  
ac vitz magno principe digna fuit.



Ergo tuam à nullo nomine delebitur.  
Nec merito laus est interitura tui.

*Handwritten text in a cursive script, likely a continuation of the Latin text above, but significantly faded and difficult to decipher.*

*Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a specific reference, also faded.*


F.G.

Botsel suar, ein gesunder  
Luid,  
ein maximaler Satz ein phos  
und,  
Gruat Augustus Goldt ein phos  
und ein,  
der Luidt ein phos, 23 ist ein  
ein.  
Ist ein phos ein phos ein phos  
ein.



~~Alia in istis sunt~~  
~~et in istis sunt~~  
~~et in istis sunt~~

Et modis in rebus sunt certi  
 Jamq; finis  
 Quos ultra citraque inquit con-  
 sistere videtur.







Udsigtstegnelse  
anno 1601. Samt 18 Aarsgælder  
altid som Skat sigs taben  
sawad samt restorbenen.  
Der Skatgabes.

I.  
S. Andros Kirke, samt Samt Dens  
manis samt allum i Dødsrum.

II.  
Der roolgebærte i Tuisvæn Dødsrum  
mit D. sigs. gudsaktes.

III.  
Safgangs Døds mit Samt umbligende  
herodum.

IV.  
Saf Døds i Dødsrum i Dødsrum, samt  
i Dødsrum Dødsrum samt Dødsrum  
samt Dødsrum.

250 Rode Skjorte.

84 Dødsrum.

5374 samt Dødsrum i Dødsrum

196 Røde Skjorte.

Samt 14 Dødsrum i Dødsrum.

S

Fjernet: fra ryggen  
med restorbenen

1969

